Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei tertio.
Symon iohannis amas me? Et contristatus est petrus quia
dixit ei tertio amas me? & dicit ei. Domine tu omnia scis? tu no-
ti? quia amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amen amen dico tibi cum
eres iunior cingebas te & ambulabas ubi uolebas. Cum autem
senueris extendes manus tuas & alius te cinget & ducet quo
tu non uis. Hoc autem dixit significans qua morte clarifica-
turus esset deum. Visis et actum apl̃orum. Iunius eet eugo-
herodes rex manus ut affligeret quosdam de ecclia. Occidit
autem iacobum fratrem iohis gladio. Videns autem quia placet
iudeis apposuit apprehendere & petrum. Erant autem dies
azimorum. Quem cum apprehendisset eum misit in carcerem tradens
per quatuor quaternionibus militum custodiendum uolens post pas-
cha producere eum populo. Et petrus seruabatur in carcere. o-
ratio autem fiebat sine intermissione ab ecclia ad dm pro eo.
Cum autem producturus eum eet herodes in ipsa nocte erat
petrus dormiens inter duos milites uinctus duabus cathe-
nis et custodes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce
angelus dni astitit & lumen refulsit in habitaculo carceris
percusso latere petri excitauit eum dicens. Surge uelociter.
Et ceciderunt cathene de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum.
Precinge & calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi.
Circumda tibi uestimentum tuum & sequere me. Et exiens se-
quebatur eum & nesciebat quia uerum est quod fiebat per angelum.
Existimabat autem se uisum uidere. Transeuntes autem primam &
secundam custodiam uenerunt ad portam ferream que ducit
ad ciuitatem. Que illi aperta est eis. Et exeuntes processe-
runt uicum unum & continuo discessit angelus ab eis. Et